

## L

de Latina libertate tollenda. pag. 488. lib. 7. tit. c  
de Legationibus. 669. \* 10. 63.  
de Legatis. 413. \* 6. 57.  
de Lega Aquilia. 198. \* 3. 35.  
— Fusia Caninia tollenda. 458. \* 7. 3.  
ad Legem Corneliam de Falsis. 603. \* 9. 22.  
— Corneliam de Sicariis. 600. \* 9. 16.  
— Fabiam de Plagiariis. 603. \* 9. 20.  
— Falcidiam. 450. \* 6. 80.  
— Julian de Adult. et stupr. 591. \* 9. 9.  
— de Ambitu. 609. \* 9. 26.  
— de Vi publica. 597. \* 9. 12.  
— Majestatis. 890. \* 9. 8.  
— repetundarum. 609. \* 9. 27.  
ad Legem Visellam. 603. \* 9. 24.  
de Legibus et Constitutionibus Principum. 70. \* 4. 14.  
de Legitima tutela. 330. \* 8. 50.  
de Legitimis heredibus. 441. \* 6. 58.  
de Liberali causa. 467. \* 7. 16.  
de Liberis exhibendis. 823. \* 8. 8.  
— prateritis vel exher. 400. \* 6. 28.  
de Libertinis. 667. \* 10. 56.  
de Libertis et eorum liberis. 373. \* 6. 7.  
de Litigios. 550. \* 8. 37.  
de Litis contestatione. 169. \* 3. 9.  
de Litterum et itinerum custodia. 751. \* 12. 45.  
de Locatione Praediorum civilium. 712. \* 11. 70.  
de Locato et conducto. 277. \* 4. 68.  
de Longi temporis præscriptione. 474. \* 7. 22.  
de Lucris Advocatorum. 768. \* 12. 62.  
de Luitione pignoris. 546. \* 8. 51.

## M

de Magistratibus convenientiis. 562. \* 8. 78.  
— municipalibus. 114. \* 1. 38.  
de Magistris sacrorum scriniorum. 721. \* 12. 9.  
de Majuma. 693. \* 11. 43.  
de Maleficiis et Mathematicis. 601. \* 9. 18.  
de Mancipiis. 707. \* 11. 62.  
de Mandatis Principum. 72. \* 1. 18.  
Mandati vel contra. 284. \* 4. 38.  
de Mendicantibus validis. 686. \* 11. 23.  
de Mensibus. 735. \* 12. 28.  
de Metallicis et Metallis. 677. \* 11. 6.  
de Metatis et Epidemicis. 748. \* 12. 41.  
de Metropoli Berylo. 684. \* 11. 21.  
de Militari veste. 748. \* 12. 40.  
de Modo militarium. 409. \* 4. 54.  
de Monopoliis. 273. \* 4. 59.  
de Mulieribus, et in quo loco munera. 668. \* 10. 62.  
— quæ se propri. servis junxerunt. 597. \* 9. 41.  
de Muneribus et honoribus. 659. \* 10. 40.  
— patrimoniorum. 659. \* 10. 41.  
de Municipibus et originariis. 657. \* 10. 58.  
de Murilegulis et Gynæciariis. 678. \* 11. 7.  
de Mutatione nominis. 609. \* 9. 25.

## TIT. XVI.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM<sup>1</sup> ET UXOREM, ET A PARENTIBUS IN LIBEROS FACTIS, ET DE RATIHABITIONE.

## 1. Imp. ANTONINUS A. Triphena.

Bona quandam mariti tui fiscus, si nemine [ei] successore existente ut vacanta occupa verit, donationes ab eo factæ, si usque ad finem<sup>2</sup> vita n eadem voluntate permansit, revocari non possunt. — P. P. 5 idus Januar. DUOBUS et ASPRIS CONSS. 213.

2. *Idem*, A. Marco militi.

Si ancillam nummis tuis comparatam esse præsidi provinciae probaveris, donationis causa focaria tua nomine instrumentum emptionis esse conscriptum : eam tibi restitutus jubebit. Nam licet cessante jure matrimonii donatio perfici potuerit, milites tamen [meos] a focaria suis hacten ratione fictisque adulacionibus spoliari nolo. — P. P. 12 kalend. Mart. ANTONINO A. 4 et BALBINO CONSS. 214.

3. *Idem*, A. Epicteto.

Donatio mancipiorum, aliarumque rerum quas tibi ab uxore tua donatas dici : si modo sua potestatis cum donaret, fuit : vel patris [sui] voluntate id fecit, et in eadem voluntate donationis usque ad ultimum<sup>5</sup> diem vita perseveravit : et ex mea et ex D. Severi patris mei constitutione confirmata est. Sin autem post mortem filia facta est donatio a quondam sacerdotio tuo, etiam inter vivos ea perfici potuit. — P. P. 4 non. Mart. ANTONINO A. 4 et BALBINO CONSS. 214.

4. *Idem*, A. Claudio.

Nec inter eas quidem personas<sup>6</sup>, quarum iuri subjecti sunt vir et uxori, [qui] quæve in eorum potestate sunt, donationes iure civili fieri possunt. — P. P. 5 idus August. DUOBUS et ASPRIS CONSS. 215.

## 5. Imp. ALEXANDER A. Quintille.

Si (ut proponis) pater tuus, in cuius potestate fuisti, marito tuo genero suo instrumento debitoris donationis causa dedit, isque matrimonio durante vita functus est, ac postea a marito divertisti : quod gestum est, non valet. — P. P. idib. februar. ALBINUS et MAXIMUS CONSS. 228.

6. *Idem*, A. Nepotiano.

Etiamsi uxoris tua nomine<sup>6</sup> res quæ tui juris fuerant, deposita sunt, causa proprietatis ea ratione mutari non potuit, etsi donasse te uxori res tuas ex hoc quis intelligat, cum donatio in matrimonio facta, prius<sup>7</sup> mortua ea, quæ liberalitatem exceptit, irrita sit : nec est ignotum, quod cum probari non possit, unde uxor matrimonii tempore honeste<sup>8</sup> quæsierit, de mariti bonis eam habuisse veteres juris auctores merito crediderint. — P. P. non. decemb. ALEX. A. 5 et DIOME CONSS. 250.

7. *Idem*, A. Theodote.

Si ex voluntate patris tui filio<sup>9</sup> tutoris nupta es, collata in maritum donatio ipso jure irrita est. Sed si matrimonium jure non valuit; licet ipso jure donatio tenerit : quia tamen indigna persona ejus fuit, qui nec maritus potest dici, utilles actions super revocandis his tibi competent. — P. P. kal. octob. LUPO et MAXIMO CONSS. 253.

8. *Idem*, A. Leoni.

Si fructus eorum praediorum, quæ in domo acceperisti, matrimonii tempore uxorem tuam percipere passus es, eosque uxori tua consumpsit : restituti tibi post divertium oportere, nulla ratione contendis. Sin autem ex his locupletior<sup>10</sup> facta est, in tantum potest conveniri. — P. P. 5 kal. oct. MAXIMO et PATERNO CONSS. 254.

## 9. Imp. GORDIAN. A. Origeni.

Etsi de tua pecunia mancipiis uxori tua comparata sunt : tamen si ei tradita sunt<sup>11</sup>, eorum dominium non ad te, sed ad eam pertinet : pecuniae autem tantummodo repetitionem habes, sive negotium ejus gerens numerationem fecisti, sive in eam donationem conferens quantitatem pretii largitus es. Etenim vel in solidum, vel quatenus locupletior<sup>12</sup> facta est, actione cum ea competenti experiri poteris. — P. P. 7 kal. octob. PIO et PORTIANO CONSS. 259.

10. *Idem*, A. Valeriano.

Si maritus quondam uxoris tui, cum sui juris esset, in eam prædia,

Tr. XVI. — 1. Lib. 24. D. 4. — 2. L. 5. L. 14. infra. L. 52. § 2. L. 59. D. h. t. — 3. L. 1. supr. cod. — 4. L. 26. in fin. D. cod. — 5. L. 5. § 2 et seqq. D. cod. — 6. Confer. L. 2. supr. aub. — 7. L. 18. L. 20. in fin. L. 52. § 14. D. h. t. L. 8. D. de reb. — 8. L. 51. D. h. t. — 9. L. 6. in fin. L. 7. supr. de interdict. matrimon. L. 66. L. 67. pr. D. de ritu nupt. — 10. L. 28. § 5. L. 52. § 5; L. 50. in fin. D. h. t. — 11. L. 6. supr. de rei vind. — 12. L. 8. in fin. supr. h. t. — 13. L. 1. supr. eod.

— 14. L. 52. § 2. D. cod. — 15. L. 7. infra. ad leg. Jul. de vi publ. — 16. Confer. L. 20. D. de minor. — 17. L. 25. in fin. L. 35. D. h. t. — 18. L. 3. § 8. § 9. D. cod. — 19. L. 52. § 5. D. cod. — 20. Adreg. N. 162. c. 1. § 1. — 21. Far. L. 2. infr. si aliena res pignori. — 22. L. 6. D. h. t. — 23. L. 52. § 25. D. h. t. — 24. L. 20. infr. eod. — 25. L. 1. supr. h. t. — 26. Adde L. 18. supr. de probat. — 27. L. 4. L. 5. supr. si quis alteri vel sibi. — 28. L. 9. § 5. D. de jure dot. — 29. L. 8. in fin. supr. h. t. — 30. L. 8. supr. de pact. convent.

vel donationis titulo contulit, et in ea voluntate usque ad mortem<sup>13</sup> suam duravit : ex cratione divi Severi<sup>14</sup> confirmata est donatio. At si eas res patet defuncti injuriose abstulit : per presidem provincie eas restituere<sup>15</sup> cogetur. Nec enim quasi maleficius ejus sit maritus extinctus, crimen intendens, sub prætextu accusationis, quæ donata sunt, aufere debuit : cum causa liberalitatis a criminatione separata<sup>16</sup> sit. — P. P. 7 kal. febr. ARIANO et PAPPO CONSS. 244.

11. *Idem*, A. Maximo.

Sicut cessat petitio quantitatis, quam de suo maritus uxori in menses singulos, vel annos<sup>17</sup> [singulos] proprii usus<sup>18</sup> ejus gratia promittit : ita [et] ex ea causa nummi soluti erogative non dari repetitionem manesum est. — P. P. 5 kal. Jul. GON. A. 2 et POMPEIANO CONSS. 242.

12. *Idem*, A. Secundine.

Si maritus tuus creditores sortitus, post factam in te donationem, fundum quem ex donatione juri tuo vindicas, iisdem specialiter obligavit<sup>19</sup> : eandem obligationem defensionis tuae firmatatem interrumpe, intelligere debes : cum<sup>20</sup> sit manifestum, non solum hujusmodi obligatio, sed etiam donatione, vel venditione, vel alio quolibet modo rebus alienatis, revocatum esse a viro in muliere factam donationem. — P. P. 5 kal. febr. ARIANO et PAPPO CONSS. 244.

## 13. Imp. DiOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. Rufinae.

Si quidem ante donationem possessionis in te jure (ut dicas) a marito collatam, prædium ab eodem creditoru obligatum fuerit : alienationem ejus salvo jure debiti, si tamen juris rationem ejus [creditoris] non excludit, factam esse non dubium est. Quod si donatione jure celebrata, eo quod vel ante nuptias facta est, vel in iisdem casibus in quibus etiam constante matrimonio donatio procedere potest, obligatio insecuta est : factum mariti, quem diem sibi obisse memorasti, juri tuo officere non posse<sup>21</sup> certum est. — P. P. 42 kal. Julias, MAXIMO 2 et AQUILINO CONSS. 286.

14. *Idem*, AA. Octaviane.

Ex verbis quæ in postremis judicis inseruntur, licet ad fideicommissum, vel legatum utilia sint, non tamen omnino legati vel fideicommissi persecutio datur : sed ita demum, si relinquendi studio hujusmodi verba fuerint codicilii : unde te voluntatis, non juris questionem in preces tuas contulisse palam est. Cum igitur testamento lecto animadvertisimus maritum tuum ex præcedente donatione dominium tibi reservasse, securitate tuae ad obtinendam proprietatem cavissemus : indicitorum verborum conceptione non fideicommissum relictum ostendit, sed ex senatusconsulti auctoritate liberalitatem mariti tui custodienda etiam moriens<sup>22</sup> adducitur, quatenus firmare potuit dominum, mortis tempore tibi esse addictam. — P. P. 5 non. octob. ipsius et AA. CONSS. 290.

15. *Idem*, AA. Justinæ et alii.

Si non verum contractum pater vester gessit, sed sub specie<sup>23</sup> venditionis donationem [possessionis] in matrem vestram contulit, nec ex bonis, quæ in persona patris vestri permanisse videbantur, ob principiū indemnitatii fiscalis satisficeri potuit : licet in eadem donandi voluntate perseveraverit : ex eadem tamen possessione ad supplendam pecuniam; que ex bonis ab eo relicitis colligi nequerit, conferendum est. Quod si liberalitatis tenorem mutata<sup>24</sup> voluntate pater tuus interrupit : in hereditate ejus dominium resedisse nulli dubium est. — P. P. 4 kal. febr. TYBERIANO et DIOME CONSS. 291.

16. *Idem*, AA. Theodoro.

Si filii tui emancipiati matris hereditatem sibi acquisierunt : proba<sup>25</sup> apud presidem provincie non donandi animo te nomine uxoris tuae prædicta comparasse, sed nominis duxat ejus titulus<sup>27</sup> [usum] per possessionem rerum a vendoribus tibi traditarum dominum esse effectum, ut comprehensa filiorum tuorum injurya, proprietatis jus incolume perseveret. Nam si largiendi proposito id te fecisse considerit: pecunia tibi persecutio competit. — P. P. id. Mart. TYBERIANO et DIOME CONSS. 291.

17. *Idem*, AA. et CC. Capitoline.

De his, quæ<sup>28</sup> extra dotem [in domum] illata a marito erogata commoratas : si quidem te donante consumpta sunt, intelligis adversus heredes non nisi in quantum locupletior<sup>29</sup> fuit habere te actionem : si vero contra voluntatem tuam : omnia tibi restitui oportere<sup>30</sup>. — P. P. 8 kal. Mart. HERACLEIA, AA. CONSS. 293.

18. *Idem*, AA. et CC. Maternæ.

A marito in uxore donatione collata matrimonii tempore, nec initio dominium<sup>51</sup> transferri potest: nec post [si] divorvum intercesserit, vel prior<sup>52</sup> persona, quæ liberalitatem accepit, rebus humanis fuerit exempta, vel ab eo qui donavit fuerit revocata<sup>53</sup>, potest convalescere.— Dat. 4 kal. septemb. AA. Conss. 29.

19. *Idem*, AA. et CC. Dionysie.

Si constante matrimonio tibi mater domum tradidit: hanc in tuis bonis fecit.— Datum idib. Jul. Philippopolis, CC. Conss. 294.

20. *Idem*, AA. et CC. Claudiæ.

Creditor debito soluto de pignoro liberato nihil ad uxorem debitoris quandam transferre potuit. Sed nec consensus ejusdem debitoris accedit per eum, [qui] creditor fuit, imaginariae<sup>54</sup> factæ venditioni ad dominium transferendum prodesse quicquam potuit: cum tam ea que similitate aguntur, quam qua in uxore a marito donationis causa tempore matrimonii procedunt, propter juris civilis interdictum (cum proponas uxorem superstitiæ<sup>55</sup> marito rebus humanis exemptam) pro infectis haebantur.— Dat. 5 id. August. Viminacii, CC. Conss. 294.

21. *Idem*, AA. et CC. Maucalæ.

Si propriis habitibus contractibus, quam accepteras mutua pecuniam pro marito donationis causa erogasti: cum hac ad dignitatem<sup>56</sup> profuerit, nec locupletior sit factus: intelligi nullam tibi contra eum competere actionem.— Dat. 5 id. August. Viminacii, CC. Conss. 294.

22. *Idem*, AA. et CC. Archinœ.

Maritus manumissionis<sup>57</sup> causa servum mulieri constante matrimonio donare potest.— S. kal. August. Sirmii, CC. Conss. 294.

23. *Idem*, AA. et CC. Cæciliæ.

Si te in vacuum<sup>58</sup> possessionem prædiis socris<sup>59</sup> tua titulo donationis ante matrimonium, vel post induxit: ad rescidendum donationem pacientia nihil proficit.— S. kal. novemb. Brundisii, CC. Conss. 294.

24. Imp. CONSTANT. A Petronio Probianus.

Res uxor, que vel successione qualibet, vel emptione, vel [etiam] largitione viri in eam ante<sup>40</sup> reatum jure pvererant, damnato [ac<sup>41</sup>] mortuo ex pena mariti, vel in servilium conditionem ex poena qualitate deducto, illibatas esse præcipio, nec alieni<sup>42</sup> criminis infortunio adstringi uxorem: cum paternis maternis, ac propriis bonis frui eam integrum legum statuto religiosum sit: et donation maritalis ante<sup>43</sup> tempus solvit, si casus in quem maritus incidit, non mutet uxoris affectio nem. Ideoq[ue] dotis exactio ipso jure non competit: sed indotata eam esse, cujus laudum propositionis est, nec ratio æquatis, nec exempla permittunt.— P. P. nonis novemb. ALEXAND. A. 3 et DIONE Conss. 250.

25. Imp. VALERIANUS et GALLIENUS AA. et VALERIAN. Cæs. Paulinae.

Liberum est filia tue, si sponsus suum post tres<sup>3</sup> peregrinationis annos expectandum sibi ultra non patet, omissa spe hujus conjunctionis, matrimonium facere: no oportunitum nubendi tempus amittat: cum posset tantum remittere<sup>4</sup>, etiam si presente illo consilium mutare voluisse.— P. P. 7 kal. april. EMILIANO et BASSO Conss. 260.

26. Imp. DiOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. Tullio.

Dubium non est omnia quæ consilio recte geruntur, jure merito que effecta et firmata nit. Quare si tu doto pro muliere dedisti, et ex morte eius repetitionem stipulatus es, circumscribendi autem tui<sup>8</sup> causa factio repudii matrimonium brevi tempore rescissum est: res dotales quas ante nuptias obtulisti, præses provincia recipere te non dubitabit. Certum est enim daturum operam moderatorem provincie, ut quæ contra facta gesta sunt, fructum calliditatis obtineat non possint: cum nobis hujusmodi commenta displiceant. Imaginarios enim nuntios, id est, repudia nullius esse momenti, sive nuptiis fingant se renunciasse, sive sponsalibus, [etiam veteribus] iuris auctoribus placuit.— Dat. 2 kal. septemb. Tyberiae, AA. et CC. Conss. 2.

27. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

Donationes quas parentes<sup>45</sup> in liberis cuiuscumque sexus in potestate sua constitutos conferunt, vel uxor in suum maritum, vel maritus in suum uxorem, vel alterum eorum in aliam personam, cui constante matrimonio donare non licet, vel aliæ personæ in [eam] cui donare non poterant, ita firmas esse per silentium donatoris, vel donatricis sancimus, si usque ad quantitatem legitimam<sup>46</sup>, vel tam excedentes, actis fuerint intimatae. Nam amplioris quantitatibus donationem minime intimatam, nec per silentium ejus qui donavit, confirmari concedimus. Sin vero specialiter eas in supra voluntate donator vel donatrix confirmaverit, sine ulla distinctione rata habebuntur: ita tamen, ut si quidem ultra lege definitam quantitatibus exposita, minime in actis insinuata fuerint: specialis earum confirmation ex eo tempore vim habeat, ex quo exedem donationes confirmatae [sunt]. Si vero vel non amplior sit dona-

<sup>51</sup> Fac. L. 4, supr. de donat. ante nupt. : L. 5, 2, 22, D. h. 6—32. L. 6, supr. ed.—33. L. 5, D. ed.—34. L. 15, supr. : L. 5, 2, 25. D. ed.—35. L. 6, supr. ed.—26. L. 4, L. 4, L. 4, D. ed.—37. L. 7, in fin. D. ed.; L. 109, pr. D. de legat. 1.—38. L. 12, supr. de donat. ante nupt. —39. L. 5, 2, 7, D. h. 6—40. L. 2, supr. ne uxor pro marito. —41. L. 13, 2, 1, D. h. 6—42. L. 22, supr. de penit. —43. L. 15, D. de donat. —44. N. 22, c. 8, c. 15; L. 2, 1, supr. de repudii; vide tamen L. 56, D. soluto matrim. —45. Immo ride L. 1, 2, 1, D. pro donatu; L. 2, in fin. D. pro herede. —46. L. 27, supr. de donat. —47. L. 20, D. h. 1; L. 4, D. de mortis causa donat. —48. L. 7, in fin. pr. supr. de SC. Maced. : L. 16, 2, 1, D. de pignori. —49. L. 51, D. de legib. —

tio, vel cum amplior esset, in actis insinuata sit: tunc et silentium donatoris, vel donatricis, et specialis confirmatio ad<sup>47</sup> illud tempus referatur quo donatio conscripta sit: sicut et alias ratificationes<sup>48</sup> negotiorum gestorum ad alia reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt. Nec in easterum subtilem divisionem facti, vel juris introduci posse. — Dat. id. decemb. DN. JUSTINIANO A. 2 Cons. 528.

28. *Idem*, A. Mennæ P. P.

Donationes, quas divus imperator in piissimam reginam suam coniugem, vel illa<sup>19</sup> in serenissimum maritum contulerit, illico valere sanciunt, et plenissimam habere firmatatem: utpote imperialibus contractibus legis<sup>50</sup> vicem obtinentibus, minimeque opitulatione quadam extrinsecus evidentibus.— Dat. 8 id. april. DECIO V. C. Cons. 529.

29. *Idem*, A. Mennæ P. P.

Si unus ex his qui matrimonio fuerant copulati, in alium donatione facta, ab hostibus captus<sup>51</sup> esset, et in servitutem deductus, et postea ibi [morte] peremptus: quærebatur, an hujusmodi liberalitas quam ante fecit, ex hoc roborari videtur, an vacillare? et iterum si donator qui dem in civitate romana constitutus decessisset, mortis autem ejus tempore is, qui donationem accepisset, in civitate degeret, et post reversus esset, an videtur et tunc donatio rata haber? Cum itaque in utroque casu oporteat augusto remedio causam dirimi: cum nihil tam peculiariter sit imperialis majestatis, quam humanitas, per quam solam Dei servatur imitatio, in ambobus casibus firmam esse donationem censemus.— Dat. 10 id. kal. decemb. LAMPAD. et ORESTE VV. CC. Conss. 530.

## TIT. XVII.

### DE REPUDIIS<sup>1</sup> ET JUDICIO DE MORIBUS SUBLATO.

1. Imp. ALEXANDER A. Abutiniana.

Matrimonium quidem deportatione, vel aquæ et ignis interdictione non solvit, si casus in quem maritus incidit, non mutet uxoris affectio nem. Ideoq[ue] dotis exactio ipso jure non competit: sed indotata eam esse, cujus laudum propositionis est, nec ratio æquatis, nec exempla permittunt.— P. P. nonis novemb. ALEXAND. A. 3 et DIONE Conss. 250.

2. Imp. VALERIANUS et GALLIENUS AA. et VALERIAN. Cæs. Paulinae.

Liberum est filia tue, si sponsus suum post tres<sup>3</sup> peregrinationis annos expectandum sibi ultra non patet, omissa spe hujus conjunctionis, matrimonium facere: no oportunitum nubendi tempus amittat: cum posset tantum remittere<sup>4</sup>, etiam si presente illo consilium mutare voluisse.— P. P. 7 kal. april. EMILIANO et BASSO Conss. 260.

3. Imp. DiOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. Tullio.

Dubium non est omnia quæ consilio recte geruntur, jure merito que effecta et firmata nit. Quare si tu doto pro muliere dedisti, et ex morte eius repetitionem stipulatus es, circumscribendi autem tui<sup>8</sup> causa factio repudii matrimonium brevi tempore rescissum est: res dotales quas ante nuptias obtulisti, præses provincia recipere te non dubitabit. Certum est enim daturum operam moderatorem provincie, ut quæ contra facta gesta sunt, fructum calliditatis obtineat non possint: cum nobis hujusmodi commenta displiceant. Imaginarios enim nuntios, id est, repudia nullius esse momenti, sive nuptiis fingant se renunciasse, sive sponsalibus, [etiam veteribus] iuris auctoribus placuit.— Dat. 2 kal. septemb. Tyberiae, AA. et CC. Conss. 2.

4. *Idem*, AA. et CC. Pisoni.

Filia divorvum in potestate matris<sup>6</sup> non est.— Dat. 5 kal. Jan. Sirmii, CC. Conss. 293.

5. *Idem*, AA. et CC. Schyroni.

Dissentientis patris qui initio consensit matrimonio, cum marito condante uxore filialimbas, ratam<sup>7</sup> non haberi voluntatem, divus Marcus pater noster, religiosissimus imperator, constituit: nisi magna et justa<sup>8</sup> causa intervenientis hoc pater fecerit. Invitam autem ad maritum redire, nulla iuris præcipit constitutio. Emancipate vero filia pater di-

<sup>51</sup> Fac. L. 4, supr. de donat. ante nupt. : L. 5, 2, 22, D. h. 6—32. L. 6, supr. ed.—33. L. 5, D. ed.—34. L. 15, supr. : L. 5, 2, 25. D. ed.—35. L. 6, supr. ed.—26. L. 4, L. 4, L. 4, D. ed.—37. L. 7, in fin. D. ed.; L. 109, pr. D. de legat. 1.—38. L. 12, supr. de donat. ante nupt. —39. L. 5, 2, 7, D. h. 6—40. L. 2, supr. ne uxor pro marito. —41. L. 13, 2, 1, D. h. 6—42. L. 22, supr. de penit. —43. L. 15, D. de donat. —44. N. 22, c. 8, c. 15; L. 2, 1, supr. de repudii; vide tamen L. 56, D. soluto matrim. —45. Immo ride L. 1, 2, 1, D. pro donatu; L. 2, in fin. D. pro herede. —46. L. 27, supr. de donat. —47. L. 20, D. h. 1; L. 4, D. de mortis causa donat. —48. L. 7, in fin. pr. supr. de SC. Maced. : L. 16, 2, 1, D. de pignori. —49. L. 51, D. de legib. —

vortium in arbitrio suo non habet.— Dat. 5 kal. septembr. Nicomediæ, CC. Conss. 293.

In AUTHENT. de nupt., § Est' quoque, col. 4, tit. 1, Novell. 22, cap. 49.

E contra si filiis familiæ distrahanter parente nolente, quid juris sit, exprimit nova constitutio de nuptiis, scilicet ne matrimonia distrahanter in læsionem parentum, qui dotem, vel ante nuptias donationem obtrulerint, aut suscepserint soli, aut cum filiis: quia sicut in contrahendo matrimonio consensus parentum exigitur, ita et in dissolvendo.

6. *Idem*, AA. et CC. Phœbo.

Licet repudiū libellus non fuerit traditus, vel cognitus marito, dissolvitur matrimonium.— Dat. 48 kal. Januar. Nicomediæ, CC. Conss. 293.

7. Imp. CONSTANT. A. Dalmatio.

Uxor<sup>9</sup>, que in militiam profecto marito, post intervictum annorum quatuor, nullum sospitum eius potuit habere indicium, atque ideo de nuptiis alii cogitavit, nec tamen ante nupsit, quam libello ducem super [hoc suo] volo convenit; non videtur nuptias iniisse furtivas, nec dotis amissionem sustinere, nec capitali poena esse obnoxia, que post tam magni temporis jugitatem non temere, nec clanculo, sed publice contestatione deposita nupsisse firmatur. Ideoq[ue] observandum est, ut, si adulterii suspicio nulla sit, nec conjunctio furtiva detegatur, nullum periculum ab his quorum conjugio erunt copulata, verearunt: cum, si conscientia maritalis tori furtivi eset violata, disciplina ratio poenam congruam flagitaret.— Dat. Nessus, FELICIANO et TITIANO Conss. 337.

In AUTHENT. ut lic. mat. et avie, § Quod autem a nobis, col. 8, tit. ult., Novell. 117, cap. 41.

Hodie quantiscunque annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neque lietas, neque responsum ab eo acceperit. Sed si mortuum audierit: non prius nubat, quam per se, vel per alium, eum sub quo milibat, adiens interrogavit, si pro veritate mortuus est: ut apud gesta deponatur cum jure jurando, si mortuus sit: quo subsecuto, post annum nubat. Si vero p̄t̄ h̄c nupserit: tam ipsa, quam qui eam duxerit, veluti adulteri puniantur. Sed qui jurererit, si falso jureret, militia nudatus, decem libras auri solvet illi, quem mortuum fuisse mentitus est: eo licentiam habente, si volearerit, suam uxorem recipere.

8. Imp. THEODOS. 10 et VALENT. AA. Hormisdæ P. P.

Consensu<sup>11</sup> licita matrimonia posse contrahi, contracta<sup>12</sup> non nisi missio repudio dissolvi præcipimus: solutionem etenim matrimonii difficultiore debere esse, favor imperat liberorum.— § 1. Causa<sup>13</sup> autem repudii ha saluberrima lege apertius signamus. Sicut enim sine justa causa dissoluvi matrimonio justo limite prohibemus: ita adversa necessitate pressum vel pressam, quamvis infasto, attamen necessario auxilio cupimus liberari. — § 2. Si qua igitur maritum suum adulterum, aut homicidiam, aut veneficum, vel certe contra nostrum imperium aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum invenerit, si seculphorus dissolutorum, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, si latronem, vel latronum susceptorem, vel abactorem, aut plagiarium, vel ad contemptum [sui] domusue sue ipsa inspiciens cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas exasperat) cœcum inuenient, si sue vita veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantium, si se verberibus<sup>14</sup> (que ingenui aliena sunt) afficienter probaverit, tunc repudii auxilio ut necessario permittimus libertatem et causas dissidii legibus comprobare.

In AUTHENT. ut lic. mat. et avie, § Causas, col. 8, tit. ult. alias, § Quia vero quedam in f. Novell. 117, cap. 9, al. cap. 45.

Sed novo jure vir, qui sine causa hoc fecerit, ex alia substantia sua etiam constante matrimonio tanquam abit uxori, quantum tercia pars facit antenupitalis largitatis: sed matrimonium ob id non solvit.

§ 3. Vir quoque patre fine claudetur, nec licebit ei sine causis aperius designari propriam repudiare jugalem: nec ullo modo expellat nisi adulterum, vel veneficum, aut homicidium, aut plagiarium, aut seculphorus dissolutorum, aut ex sacris ædibus aliquid subtrahentem, aut latronum fautorum, aut extraneorum virorum, se ignorantem vel nolente, convivia appetentem; aut ipso invito sine justa et probabili causa foris scilicet per noctantem, vel circensibus, vel theatralibus ludis, vel [arenarum] spectaculis [in ipsis] locis, in quibus haec adsolent celebrari, se prohibente, gaudente, vel sibi veneno, vel gladio, aut alio simili modo insidiaticem,

<sup>9</sup> Abrog. N. 22, c. 14; N. 117, c. 11; addit. N. Leon. 35.—10 L. un. 2, 16, supr. de rei ux. act.—11. L. 50, D. de reg. jure.—12. N. 117, c. 10; immo vide L. 55, D. de reg. jure.—13. Addit. N. 22, c. 15 et seq.; N. 117, c. 8, c. 9.—14. Abrog. arg. N. 2, c. 1; N. 22, c. 15.—15. Addit. N. 22, c. 15.—16. L. 9, infr. h. t.—17. L. 11, 2, 1, D. de his qui notarium infam.—18. Far. L. 5, D. de pact.—26. Immo vide N. 117, c. 10.—27. Abrog. N. 140.—28. Mut. N. 22, c. 6.—29.

